UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas, Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera

Busaeus, Johannes

Mogvntiæ, M. DCVI.

15. In eodem de historia assumptionis B. Virg.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70978

Visual Library

MEDITATIO II.

De dormitione & aſſumpione B. Virginis.

CONſidera quanto gaudio B. Virg. exultarit cognita hora dormitionis: vixerat enim in terra, velut in longo exilio. 2. quomodo, ante mortem miraculosè Apoſtoli adfuerint, quanto honore eam affecerint, quam ardentes preces cum ea fuderint, quantum vtrinq; ex mutuo conſpectu gaudium exortum. 3. quanta pace & vultus ſerenitate inter angelicos concentus & Apoſtolorum gemitus anima evolarit quanta cum gloria filii ſui brachiis inforibus cœli excepta. & ad thronum Patris cœleſtis delata.

Conſidera, quanta cum gloria & ſplendore, iuſſu Patris cœleſtis comitātibus angelis, paulo poſt de cœlo delapſa ſit, vt omnium laborum ſocium, corpus ſuum aſſumeret. 2. cogita quantus mox B. Virginis ſplendor, venuſtas, gloria apparuerit: ſi enim alii iuſti ſplendebunt ſicut Sol, quantū ſplendebit omnium iuſtorum Princeps mater Dei, quæ nullo vnquam peccato animam obſcurauit. 3: perpende, quam mirabili angelorum aliorumque ſanctorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

comitatu in cœlum euecta ſit, qui conc
tus angelorum, quę laudes animarum ſa
ctarum, quam glorioſus in cœlum ingr
ſus fuerit.

3. Conſidera, quantum gaudium fu
Chriſto videre & complecti cariſſimā
matrem, quam amanter manu appreh
ſam in lucem cœli inacceſſam introdu
rit, quomodo ſupra omnes thronos ang
lorum & ſanctorum euexerit, & ſāctiſſ
Trinitati præſentarit, 2. Quomodo be
gnè recipiat eam Pater cœleſtis vt fili
Filius vt matrem, Spiritus S. vt ſponſ
quomodo in ſplendidiſſima ſede ad dex
ram filii eam omnes tres collocent, & p
tioſiſſimam coronam 12 ſtellis, quaſi m
garitis fulgentem eius capiti iidem tres
mul imponant, tota cœleſti curia fau
acclamationibus, hymniſque ſuauiſſi
applaudente.

24. *Augusti.*

IN FESTO S. BARTHOLOMÆI.

De oratione Christi in monte. Luc. 6.

1. CHRISTVS *exijt in montem orare, & e*
rat pernoctās in oratione Dei. Et die fa
eleg